

Quem igitur celibem curarum
 secularium impedimentum pre-
 pediat. et coniugio se nequaquam
 subdidit. et tamen coniugii onera
 non evasit. Ammonendi sunt
 celibes ne sine damnationis
 iudicio misceri se feminis va-
 canticibus putent. Cum enim
 Paulus fornicationis vitium
 tot criminibus execrandis in-
 seruit. cuius sit reatus indi-
 cavit dicens. Neque fornicato-
 res. neque idolis serviētes
 neque adulteri. neque molles.
 neque masculorum cubitores.
 neque fures. neque avari. neque
 ebriosi. neque maledici. neque
 rapaces. regnum dei posside-
 bunt. Et rursum. Fornicato-
 res et adulteros iudicabit
 deus. Ammonendi itaque sunt
 ut si temptationum percellas
 cum difficultate salutis tolle-
 rant. coniugii portum petant
 Scriptum quippe est. De-
 lius est nubere quam viri. Sine
 culpa scilicet ad coniugium veniunt
 si tamen necdum meliora devo-
 uerunt. Nam quisquis bonum
 maius subire posuit. bonum
 minus quod licuit illicitum fecit
 Scriptum quippe est. Nemo
 mittens manum suam ad ara-
 trum. et aspiciens retro apertus
 est regno celorum. Qui ergo fortis-
 simi studio intenderit. retro
 conspiciere coniugium. si relicta
 bonis amplioribus ad mini-
 ma retorquet.

Aliter commixtionem
 carnis experti. aliter
 ignorantes.

Capitulum. LII

Alter am-
 monendi sunt pec-
 catorum carnis con-
 scii. atque aliter ignari. Am-
 monendi namque sunt peccato-
 rum carnis experti. ut mare
 saltem post naufragium metu-
 ant. et perditionis sue discrimi-
 na vel cognita perhorrescant.
 ne quod pie post perpetrata ma-
 la servati sunt. hec improbe
 repetendo moriantur. Unde
 et peccanti aie nuncquam a pec-
 cato desinenti dicitur. Fron-
 mulieris meretricis facta est
 tibi. noluisti erubescere. Am-
 monendi itaque sunt ut stude-
 ant quatenus si accepta natu-
 re bona integra servare no-
 luerunt. saltem scissa resarciant
 Quibus nimirum necesse est
 ut perpendant, in tam magno